

IACOBI  
GRETSERI  
SOCIETATIS  
IESV,  
INSTITVTIONVM  
LINGVÆ GRÆCÆ  
LIBER TERTIVS,  
DE SYLLABARVM  
DIMENSIONE,

PRO SCHOLA RHETORICES.  
*Editio septima.*



PARISIIS,

Apud IOANN. LIBERT, via Diui Ioan. Lateranensis,  
è regione Auditorii Regii.

---

M. D. C. X V.

*Cum Privilegio Regis.*



## AD LECTOREM.



VNT, amice Lector, & veterum & recentiorum nonnulli, qui putent vocales ancipites in eadem dictione produci vel corripri posse, arbitrato poetæ, prout carminis ratio & necessitas exigit. Verum quantopere isti aberrent, satis superque declarant celebriorum Græciæ vatum, quæ supersunt, monumenta: qui licet sibi quidlibet audendi iure Poëtico potestatem datam scirent, hanc tamen effrænis cuiusdam licentiæ plenam neque agnouerunt, neque usurparunt vnquam, nisi in paucis voculis, longo vsus & inueterata consuetudine modò contrahi, modò extendi solitis, quod & Latini, quorum omnes vocales dubiæ sunt & communes, aliquando faciunt, quamuis parcius & prudentius: nam Musa Latina semper fuit verecundior, & adstrictior quàm Græca. At Græcis nihil est negatum, ac non ignobilis ex Helicone alumnus. Sed quàm verè, viderit ipse. Non enim propterea liberi omnino & exleges erunt, quia illis licet *ἄπτε* *ἄπτε* sonare, & eandem literam in hoc nomine diuersa quantitate metri-





DE VOCALIBVS BREVI-  
BVS, LONGIS, ANCIPIBVS,  
ET DIPHTHONGIS.

CAPVT I.

**G**RÆCI habent vocales septem, α, ε, η, ι, ο, υ, ω. Ex his ε & ο perpetuò breues sunt: η & ω semper longæ, α, ι, υ, ancipites, quòd modò producantur, modò **B** corripiantur, interdū in eadē, sæpius in diuersis dictionibus, vt lib. I. cap. I. declarauimus.

Ex vocalium coniunctione nascuntur diphtongi duodecim, quarum sex priores appellantur proptiæ, αι, αυ, ηι, ου, υι, ια, ηο, ωι, ηυ, υω, quæ omnes suapte naturâ producuntur.

Quia verò fieri potest vt breues vocales, quantumuis naturâ suâ breues, longæ fiant, & longæ vocales vnâ cum diphtongis breues, docendum est quibus modis id contingat, postea de ancipitum quantitate regulas præscribemus: in hac enim cognoscenda **C**o-  
tissima difficultas versatur.

Præterimus tanquam notum ex Emmanuele, quid sit tempus, & quæ, quòtve tempora syllaba quæuis habeat.

---

DE POSITIONE.

CAPVT II.

I. Vocalis breuis ante duas consonantes, vel vnâ duplicem eiusdem dictionis, longa est po-